



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 64. Imperator a Matthia Hungariæ Rege bello petitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV lis; IV. Joannes Baptista Sabellius R.
A.C. 1481. manus Cardinalis Diaconus tit. S. Nicolai in carcere. V. Joannes Columna, patria Romanus, Episcopus Reatinus, Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in Aquiro.

§. LXIV.

*Imperator a Matthia Hungariæ Regi
bello petitus.*

Bonfin. dec 6 **C**um Mahometes vivis ereptus esset,
Palmer. in atque ambo ejusdem filii mutuis dis-
Chron. sensionibus inter se colliderentur, per op-
portuna Matthei Hungariæ Regi offe-
rebatur occasio, qua Mysiam, Illiricum
& Daciam recuperaret: quapropter omni-
cunctatione remota copias suas contra-
xit, ac cum illis in hasce Provincias movit;

Cum vero eodem tempore ipsi nuntiatum esset, Cæsar's exercitum in su-
periorem Pannionam populabundum in-
rupisse, interrupta expeditione Turcicæ
arma sua in Imperatorem convertit, at-
que inito foedere cum Stephano Vala-
chiæ Vaivoda, Austria ingressus, plu-
rima oppida cepit, ut postmodum refe-
remus. Fertur tamen, hasce vastatio-
nes Imperatore inscio a suis belli Prä-
fectis adversus Matthiam tentatas, eas
vero a Friderico, simulac de iis certior
factus esset, quantocius inhibitas fuisse.

§. LXV.